

numerata pecunie, aur auri, argenteque haberet, conferret: ut repræsentare merces proditiombus posset: se autem his, qui consulente, pollicens est, consummata victoria, ampla insuper præmia daturum. Quæ persuasio Romanis alacritatem attulit, & fiduciam: unde etiam præclara victoria, commisso statim bello, patrata est. Front. lib. 1. c. 11.

M. CARO legatis Illegitum auxilia petentibus, auxilia se misurum simulavit. At ne diducto exercitu vires minueret, tertiam partem militum cibaria parare, & naves ascendere iussit: dato præcepto, ut simulata tantum profectio, mox in castra redirent. Præcedens interim adventantis auxilii rumor, ut Illegitum excitavit animos, ita hostium consilia discussit. Front. lib. 1. cap. 7.

ATTLIA Hunnorum Rex, Aurelianum obsidebat: castrisque positus, omni vi, minisque terribatur. Cives extrema metuens, Annianus civitatis Episcopus celeri spe subsidii, in fide officioque continuit. Nec ipse suos, nec cum sanctitas, numinisque fiducia fessellit. Cum in moenia hostes evasurus videretur, ingenti nube pulveris procul confecta, Annianus exclamavit: id quod præceperat, urbis salutem cordi Deo esse, auxilia adventare. Theodericus Rex Visigothorum, quod viderat hac Gallie parte, Aquitaniam, regnum suum, proximam Hunnicæ furori, prædæque expostam prospiciebat, opem obfessis ferabat. Proinde reliquit obsidionem Hunnus, seque in Catalaunos campos recepit. Etevesigiò contra eum est. Amilii lib. 1.

Loci, vel Temporis fatalis. Scoti, atque Picti contra Arthurum, Britannorum Regem, pugnaturi, ad Humbri ripam, locum delegere ad pugnam, veluti fatalem Britannis devinendis. Commissa pugna, Arthurus cum triginta millibus suorum casus, Scotorum, & Pictorum viginti millia desiderata. H. Boeth. lib. 9.

DESPERATIONES.

PHILIPPUS AUGUSTUS Francorum Rex, anno Salut. 1214. contra Othone Imperatorè pugnaturus, in patera aurea buccellas panis vino prægnantes Principibus suis propinans: Bibite ex hoc omnes, exclamavit. Commune hoc, aut victoriæ, aut gloriolæ mortis poculum erit. Quæ voce animati Franci, hostes mira alacritate superarunt. Aegid. Corvæus de Ditiis, & factis memorabilibus.

HENRICUS Anglorum Rex, circumventus ab exercitu Gallo- rum Regis, quacumque obtinisset in Gallia, dimittere voluit, si cum suis incolis abire permitteretur. Negantibus Gallis, nocte subsecuta vocatis centurionibus: Neque fugere, inquit, committentes, neque ex hostibus incoluitatem consequi possumus, quam vis eedere regno Gallia voluerimus: sola nos arma tueri possunt. Non est, cur numerolum exercitum formidatis. Iustam causam iustus Deus adjuvabit. Itæ, & alteri peccata vestra confitemini, paullumque Terræ ob memoriam Sacramenti Eucharistia Salvatoris, alter alteri porrigite. Crassina die liberabit nos Dominus ex manibus inimicorum. Sic dimissa concione, peractis, quæ iusserat, curate militie corpora præcepit. Sequenti die, ut primum lux orta est, commisso prælio: incredibile dictu, octo millia Anglorum, sexaginta millia hostium fudere: cæsa ingens turba, nobilitas Gallie præsepe omnis capta, paucos fuga servavit. Eaque postillimum dies Gallorum opes fregit. Aen. Sylvius Comm. in Pænorm. lib. 3.

MEYU SCILICET

Oppressio.

D AGESILADUS instructa acie cum videret focios dedita opera tergiversari, discessit. Discessio autem fuit per montes angustos, in quibus expectabat, donec Bæoti incursionem facerent. Constitit igitur, ut Lacedæmonii præcederent, focii sequerentur, ut hostibus à tergo aggredientibus, necessitas eos cogeret viriliter, ac strenue pugnare. Polyæn. lib. 2.

Græcis classem ad Salaminam habentibus, veriti Xerxis copias, Isthmum cæperunt. Peloponnesi respicere, frementes si quis aliud proponeret. Visum est igitur nocte vela facere, atque edictum gubernatoribus, ut parati ad navigandum essent. Hic anxius Themistocles, quod loci, & angustiarum commoditate Græci amissa in suum quisque oppidum dilaberentur, commentus est, & struxit talem per Sicinam, sive Siciniam cunuchum altum. Erat natione Sicinus Perfes captivus sed amans Themistocles, & liberorum ejus præceptor, quem occulit ad Persam mitti nunciatum, Atheniensium in Duce

Themistoclem cum Rege sententiam ei primum enunciare, & Græcos fugam circumspicere, monereque ne eis facultatem det fugiendi: sed interea dum tumultuantur, destitit terrestribus legionibus, adoriatur, & delectat copias navales. Eum nuncium Xerxes quasi à benevolo animo profectum, amplexus est, gratumque habuit: denique edixit navium præfectis, cæteras naves ut silentio instruant: cum ducentis autem profecti totum transitum undique claudant, & circumveniant insulas, ne quis elabatur hostium. Id agi Aristides Lyfimachi primus sciens, contendit tacitus ad tabernaculum Themistocles: non quidem quod gratia cum illo intercederet, immò fuerat illius opera exterminatus. Producenti ad ipsum declarat circumspicere. Qui cum aliis integritatem ejus haberet perfectam, lætus tunc ejus præsentia, aperit ei quid per Sicinam egisset, hortatur Græcos, ut remeant, secumque in id incumbat, quia major ei adhibetur fides, ut in faucibus pugnam navalem committant. Igitur collaudato Themistocle, Aristides alios Duces, & trierarchos adit, & ad prælium accendit. Nondum adiungentibus tamen ei his fides: ecce Iritemis una Tenedia, cui præerat Panatus, transfugit ad Græcos, quæ cunctos ipsos esse nunciavit. Ita jam ita quoque præter necessitatem simulavit Græcos ad consilium, & libertatem Græciæ defendendum. Plat. in Themistocle, Herodot. lib. 8. Polyænus lib. 1. Frontinus lib. 2. cap. 2.

MYRONIDES Atheniensis duxit adversus Thebas: & progressus in campum, iussit eos arma ponere, atque undique circumspicere. Quibus circumspicientibus: Videtis, inquit, quantum sit campus? in tanto campo, hostibus equos habentibus, si fugiamus, necesse est nos ab equibus persequentibus capi. Sin maneamus, multiplex vincendi spes est. Itaque ut manerent, persuasi sunt: & Myronides victor usque ad Phocidem, & Locros processit. Polyænus lib. 1. Frontinus lib. 4. cap. 7.

ORONTES adversus Antophradatem pugnaturus, Græcos campi magnitudinem intæri ipsi, demonstrans, neminem, ordine disposito, equorum impetu posse effugere. Itaque victores evasere. Polyæn. lib. 7.

Trajanus ubi cum toto exercitu in Parthos profectus est, subornatis quibusdam clam, qui falsos de hoste rumores disseperant, renunciari falsa exploratoribus iussit: ut milites, quæ imperasset, inrepide singula facerent, & ad omnia belli momenta parati essent. Culp.

Moris.

SAUL Rex electus, Israelitas ad expeditionem contra Ammonitas suscipiendum missis excitavit. Cum enim ire boves agens Jabensium legationem, & ploratam populi audivisset: duos boves dilectos, in omnes Israelitarum fines per nuncios dimisit, cum edicto, ut qui Saul, & Samuelem fecuti non essent, eorum bobus ita fieret. 1. Reg. 11.

EPAMINONDAS, Dux Thebanorum, adversus Lacedæmonios dimicaturus, ut non solum virtibus milites sui, verum etiam affectibus adjuverentur: pronuntiavit in concione, destinatum Lacedæmonis, si victoria potuerunt, omnes virilis sexus interficere: uxoribus autem eorum, & liberis in servitutem abductis Thebas diruere. Quæ denunciatione concitati primo impetu Thebani, Lacedæmonios expugnaverunt. Frontin. lib. 1. cap. 11.

LEDON, Heraclæotis sibi bellum inferentibus cum magna navium multitudine, & egredientibus in terram, ubicunque libitum ipsis fuisset: cum videret suos milites pugnam detredare, neque eos egressu prohibere: in prima acie constituit armatos ad hostium egressionem arcendam. Post hos à tergo Scythas: & palam Scythis præcepit, si armati rem segniter administrarent, hostesque egredi parentur, tum in ipsos tela mitterent, atque occiderent. Quo cognito, armati fortiter, ne hostes egredi possent, resistunt. Polyæn. lib. 6.

PHILIPPUS Rex Macedonum, veritus, ne imperum Scytharum sui non sustinerent: fidelissimos equitum à tergo posuit, præcepitque, ne quem commilitonem ex acie fugere paterentur, perseverantius abeuntis trucidarent. Quæ denunciatione cum effecisset, ut etiam timidissimi mallet ab hostibus quam à suis interfici, victoriam acquisivit. Frontinus lib. 2. cap. 8.

Myrris cum Macedonibus bellum gerentibus, cum multi Macedones eaperent vivi, reliqui etiam redemptionis spe ad pugnas minus alacres essent: legationem de redemptoris munibus missuri Macedones videbantur. Perdiccas ergo præcepit

pit legato, ut reversus nunciaret, redemptoria munera Illyriorum Regem non accepturum, sed condemnatos captivos morte afficturum. Macedones desperata salute redemptiva, audaciores ad pugnam reddebantur, quippe quibus in sola victoria salus posita esset. Polyæn. lib. 4.

M. ATTILIUS Regulus Consul, bello Samnitico ad Luceriam, ex acie refugientibus in castra militibus, aciem suorum opposuit: affirmans secum, & cum bonis civibus dimicaturus eos, nisi cum hostibus maluissent. Ea ratione universos in aciem reduxit. Front. lib. 2. c. 8. & lib. 4. c. 1.

Q. METELLUS, cum apud Trebiam res gereret, collocatas à se in quadam statione quinque cohortes, atque ex ea viribus hostium depulsas repetere eandem stationem iussit, non quidem, ut amissum locum recuperarent, sed ut culpam præteritæ pugnae, insequentibus certaminis periculo punirent. Edixit etiam, ut si quis fugam ad ornans castra peteret, pro hoste statim interficeretur. Quæ disciplina milites edocti, multitudinem hostium superarunt. Val. Max. lib. 2. c. 2. Front. lib. 4.

Idem ab hostibus penè circumventus, testamentum facere milites iussit, eosque ad locum recuperandum remisit: minatus, non nisi post victoriam recepturum. Quibus minis intellexerunt milites, nisi vincerent, se morti delinatos esse. Pulsi igitur magna animi fortitudine hostibus, locum amissum recuperarunt, hostesque plane fugarunt. Front. lib. 4. cap. 1. Plin. c. 61. de Viris illust.

P. SCIPIO apud Numantium, cum aversum suum videret exercitum pronuntiavit sibi pro hoste futurum, quisquis in castra redisset. Front. lib. 4. c. 1.

Similiter (aliis Fulvius) Priscus dictator, cum signa legionum ferri in hostes Phaliscos iussit: signiferum cunctantem occidit imperavit. Quo exemplo perterriti, hostem invaserunt. Idem fecit Corn. Cossus, magister equitum adversus Eidenates, Front. lib. 2. c. 8.

Nasar, classis contra Agarenos ab Imperatore Bassilio Macedone missus præfectus, cum ad Methonam hostes adoreret, & haud pauci sociorum navium periculum formidantes, paulatim sese submersissent Imperatorè de claviorum peritiam admonuit. Imperator delectores conquisivit, ac reliquorum torrendorum causa simulavit, se eos supplicis afficere. Triginta quippe de captivis, qui in prætorio astervabantur, Saracenis, faciem fuliginè oblitos in circum produci, ibique flagris ignominiosè caesos in Peloponnesum emittit, tanquam ii fugæ audaces reliquis fuissent, atque isthic unde profugissent, interfici iussit. Ergo desertorum loco in palos lustris in Peloponneso Saracenis, milites omnes ingens metus incessit: omni que mollitie excussa ultro duces orabant, ut se in hostes duceret. Cædæus.

Ludovicus IV. Imp. irruentibus passim Hungaris, ut populatum à fuga, quam quisque parabat, cohiberet, ingeniosa arte universos suæ ditionis populos dicto citius congregavit. Minatus est singulis, qui fugam meditarentur, & arma detredarent, laqueum. Quo commento, innumeram multitudinem circa Augustam vindelicorum collegit. Cusp.

Helveticorum severissima sunt leges, ut sub oculis spectantis exercitus, qui præ meta turpia, atque indigna vito forti tentarentur, à proximis commilitonibus statim obrunterentur. Ita major metus minorem vincit: & metu fœdæ mortis decora mors non timetur. Jovius lib. 11. Hist.

Vulnerum.

Alexand. Magnus, ne fugerent milites, semithoraces, eis D pro thoracibus dedit, ut cum terga nuda essent, illa in fuga hostibus obicere viderentur. Polyæn. lib. 4.

Direptionis, Mulæ, Damni.

Persæ non pecuniam, & gazas, sed pellices, velut carissima pignora, apud signa deponerant: ut pro his, quæ erant exoptatissima, & quas maxime diligenter velut conjugum, & patriæ memores, forti, & præsentis animo mortem oppetere non dubitarent. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 2.

Iphicrates in Thraciam inoppressionem faciens, cum sui milites hostium metu, quasi panico injecto in fugam vertentur, promulgavit, ut quisquis indicaret eum, qui arma reliquisset, is ea possideret. Sic ad manendum alacriores reddidit. Polyæn. lib. 3.

Agellus Lacedæmoniorum Dux, cum propè Orchomeonum lociam civitatem castra haberet, compertissetque, plerisque ex militibus preciosissima rerum deponere intra munimenta, præcepit oppidanis, ne quid ad exercitum suum perti-

nens reciperetur: quo ardentius dimicaret miles, qui sciret sibi pro omnibus suis pugnandum. Front. lib. 1. cap. 11. E

Antiquitus (inquit Vegetius) institutum est à Romanis, ut ex donativo, quod milites consequuntur, dimidia pars sequeretur apud signa, ibidemque militibus servaretur, pe à contubernaliibus per luxum absumi posset, inaniumque rerum comparationem. Seposito autem ipsa pecunia primitum ipsis contubernaliibus docebatur accommodata: nam cum in publica sustententur annona, ex omnibus donativis augetur eorum pro media castris pecunia. Miles deinde, qui sumptus suos for apud signa sua depositos, de deferendo nihil cogitat, magis diligit signa, pro illis acie fortius dimicat: more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam vidit esse positam substantiam. Denique decem folles per cohortes singulas exponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quo tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturae scilicet causa. Et ideo signiferi, non solum fideles, sed etiam literati homines eligebantur, qui & servarent deposita, & scirent singulis reddere rationem. Hotomanus de Verbis juris. Hinc librariorum depositorum, qui præscribebant, quid quisque apud signa deposuisset. Licet autem dimidia pars stipendii apud signa sequeltrari prius soleret, tamen Domitianus, ne ultra mille nummos deponerentur à singulis, edicto prohibuit. Quod ab Asiaticis Romanos sumpsisse crederent: quibus fuit in more, ut militiam sequenti, quæ pretiosa haberent, & magni census, secum in expeditionem ferrent: ut tuendi necessitate, quæ illis erat carissima, plurima, & maxima prælia obrent, promptiusque dimicaret. Alex. lib. 4. cap. 2.

Habebant in campis Philippicis M. Bruti milites omnes arma ex auro confecta: quibus non tantum cupidis gloriæ acui putabat pectora, sed & avaros etiam reddi fortiores, ut arma sicut possessiones retinerent. Plut. in Bruto.

Pescennius Niger apud Spartianum veruit, ne milites zocnam secum deferrent in bellum: sed si quid haberent pecunie, publicè commendantur, recepturi post prælium: simul & ipsis luxurie materiam eripiens, & hosti prædam, si quid ad- veriti evenisset.

Infamie.

Servius Tullius adolescens, prælio, quo Tarquinius Rex adversus Sabinos conflavit, signiferis legibus dimicantibus, G raptum signum in hostem misit: cujus recipiendi gratia Romanita ardentè pugnaverunt, ut signum, & victoriam retulerint. Similiter Furius Agrippa Consul, cedente cornu, signum militare ereptum signifero, in hostes Hernicos, & Equos misit. Sic T. Quintius Capitolinus Consul contra Phaliscos. Sic Camillus Trib. Mil. consulari potestate, arreptum manu signiferum in hostes Volcos, & Latinos traxit: cæteros puduit non sequi. Salvius Pelignus bello Persica idem fecit. Posthumus consularis cohortatus suos, militibus dixit, ut se imitarentur: & arrepto signo hostes primus invasit. Front. lib. 4. cap. 4. In lib. 2. cap. 8. Similiter Julian. Cæsar, contra Nodomarum Germanorum Regem in Gallia. Avent. lib. 2. Annalium.

In expeditione Hierosolymitana, Duce Petro Eremita, post occupatam à nostris Niczam, cum Solymanus novo exercitu Christianis occurrisset, & multitudine infestus esset: Robertus Normannus Dux auream vexillum in frequentissimos hostes jecit: quod cum repetunt Normanni, antequam in potestatem hostium veniret, impetus furentium factus hostes dissipavit. Ad duo millia nostrorum desiderata. Hostium H quadraginta circiter millia occidere. Amil. lib. 4.

Confulvere Itali, Imperantibus Othonib. ac Fridericis, magna ex parte in prælium militaria signa carris infixa deferre: fortasse ob eam causam, quod in fuga difficiliter servari possent. In quibus, cum gravior militaris infamia, si amitterentur, consiliret, effugendi de decore necessitas consilire in prælio milites cogere. Fulg. lib. 2. cap. 11.

PUDORE.

Vide supra, Aspectu animare.

Cyrus contra Attyagem avum cum Medis signa contulit, & ter victus discessit. Cum autem Persarum uxores, & liberi Palargadis essent, quartum prælium in eo loco commisit. Rursus in fugam Persæ vertebantur: cumque liberos, & conjuges aspicerent, eos miserati, Medos sine ordine persequentes fugarunt: victoria tanta, ut nullo in postlerum de summa rerum prælio indigerent. Polyæn. lib. 7.



ceant. Omnesigitur magno, fortique animo certamen debere ingredi, veluti præclarissimam victoriam adepturos: aut, si id insecta Carthagenensium rebus fortuna negat, in acie fortiter morituros. Victis spem ullam salutis repositam haudquaquam esse putandum. Sicut animo in prælium descenderint, proculdubio & victoriam, & salutem consecuturos, quippe neminem unquam ea mente, vel sponte, vel impulsu necessitate pugnasse, qui victoriam ab hostibus reportarit. Id verò tum maxime facile factu fore, cum hæc ipsa hostibus contraria eveniunt, uti tunc Romanis acciderat. Etenim quando fugientibus plurimis manifesta falocis spes in fuga constituta est, ut qui domum in promptu habeant, ad quam fugiant, manifestum est, tales, quando animis concidunt, nihil audere fortiter, & constanter. Polyb. lib. 3.

METUM EXIMERE MILITIBUS, QUEM VEL ANTE PUGNAM, VEL IN PUGNA PROPTER adversa omnia, aut hostium vim conceperunt. Diffimulare, aut certe emendare adversa. Formidinem tollere ortam ex

ORACULIS.

Epaminondas, cum petentibus bello Thebano Lacedæmoniis, oracula Thebani referrentur, quæ partim cladem, partim victoriam spondebant: præcipit, hæc ad dexteram iugessit, illa ad sinistram locari. Omnibus ita positis exurgens, Sicut, inquit, audientes Imperatoribus esse, ac pedem conferre velitis cum hostibus, hæc vobis edita sunt oracula (monstrans lætiora) Quod si ingruente periculo locum deserueritis, illa (innuens tristiora) Plus, in Apob.

Papyrius Curior Consul, cum Aquiloniam oppugnans, prælium vellet committere, pullariusque non prosperantibus avibus optimum ei auspicium renuncians, de fallacia illius fœdus certior, sibi quidem, & exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Ceterum mendacem ante ipsam aciem constituit, ut haberet dii, cuius capite, si quid iræ conceperat, expiarent. Diresum est autem, sive casu, sive cœlestis numinis providentia, quod primum e contraria parte missum erat telum in ipsum pullari pectus, cumque exanimem prostravit. Id ut cognovit Consul, siidenti animo invasit Aquiloniam, & cepit. Val. Max. lib. 7. cap. 2.

Bello civili victo Pompejo, C. Julius Cæsar in Africam trajecit, contra Scipionem, Pompeii focerum. Ceterum quia percrebuerat opinio, invictam esse Corneliorum gentem in terra Africa, despectissimum quandam ex Corneliorum familia secum advexit, cui Salutoris erat cognomen. Publ. Scipio Africanus certe Major, Hannibale superato tributariam fecit Carthagine, Minor eandem evertit. At hic victus à Scæcio ad Hipponeum circumventus, post navale prælium, ubi omnia perita vidit, seipsum ferro trajecit, abiensque in vulnus in altos est fluctus præcipitatus. Sab. lib. 7. En. 6. in Plat.

SIGNIS DIVINIS.

Chabrias Atheniensis classe dimicaturus, excussio ante navem ipsius fulmine, exterritis per tale podigium militibus: Nunc (inquit) potissimum incenda pugna est, cum deorum maximus Jupiter adesse numen suum classi nostræ ostendit. Frontinus lib. 1. c. 11.

Timotheus Atheniensis, classe dimicaturus adversus D. Corcyæos gubernatori suo, qui proficentis jam classi signum recepti coperat dare, qua ex remigibus quandam stremutantem audierat: Miraris (inquit) ex tot millibus unum perfixisse. Polyæn. lib. 3. in Front. lib. 1. c. 11.

Pericles, cum in castra eius lumen decidisset, tenuissetque milites: advocata concione, lapidibus duobus in conspectum omnium collatis, ignem excussit: sedavitque carbationem, cum dicesset, similitur nubium attritu excuti fulmen. Suidas, Polyæn. lib. 3.

Agefilus circa Cheroneam castra metatus, simul Solem deficere, lunatamque formam conspexit reddere: & Pisandri fatum accepit à Pharmabazo, & Conone apud Gnidum navali prælio victi. Tull. fat. id cum illius tum Reipub. causa acerbe. Sed ne progredientibus ad pugnam militibus torpor, & formido incederet: illis, qui à mari venerant, diversa iussit nunciare, victoriam fuisse in prælio navali à Lacedæmoniis.

Ipsæ procedens coronatus, læti nuncii causam significavit, portioneque sacrificii misit amicis. Plus, in Agefilao.

Thebani Duce Epaminonda cum urbem egrederebantur, iuxta portas præco exercitui obviam factus est, cacum hominem, qui aufugerat, reducens: ac quemadmodum mos erat, edicebat, ut nec Thebis educeretur, neque de medio tolleretur, sed abductus rursus conferretur. Epaminondas is, qui auguria esse attendenda dicebant, Homericum illud protulit: *eis ol'ovs avovs, djulidjovs vspj mavpov.* Unum optimum augurium est, pugnare pro patria. Quo libero responso, cum religiosiores magis perterriti, aliud augurium priori horribilius conspectum est. Scriba enim hastam, & ei adhaerentem fasciam tenens præibat, ut quæ duces iussissent, omnibus significaret. Ibi vento exorto, accidit, ut avulsâ ab hasta fascia circum columnam illic in sepulchro quodam erectam ferretur. Erant autem in loco eo sepulti quidam Lacedæmonii, & Peloponnesii, qui sub Agefilao militantes occubuerant (cum Epaminondas, Lacedæmonis significatur interitus, teste Frontino lib. 1. cap. 12.) Hoc viso ex senioribus quidam denud accedentes, testabantur, haudquaquam educendum esse exercitum, diis manifeste iratis. At ille eis respondens, copias in Leuctra eduxit, majorem honesti, & æquationem esse habendam, quam horum signorum, existimans, studens interim ratione aliqua multitudinis animis metum eximere. F.

Quapropter quibusdam, qui recens Thebis venerant, persuasit, ut dicerent circa Herculis templum subito arma evanuisse, & communi Thebis fama ferri, quod veteres illi Heros assumpsit illis armis ad opem Bœotus ferendum exiverint. Subornavit & alium, qui tanquam ex Trophoni antro modò ascendens diceret, Deum ipsi præcepisse, ut ubi in Leuctris victoria potius essent, ludicrum certamen, quod Conariorum dicitur, Jovi Regi insisterent. Unde etiamnum Bœotij hunc in Lebada conventum celebrant. Adjavit quoque Epaminonda consilium Leandriam Spartanus: qui ex Lacedæmonia profugus, cum Thebanis commilitabat. Hic enim in concionem productus, verus esse hoc Spartanis dictum ajebat. Quod videlicet tum ex suo sint casuri imperio, quando in Leuctris à Thebanis victi fuerint. Accesserunt Epaminonda fatidici quidam, dicentes: Quod circa Leuctra, Sedasique filiarum sepulchrum necesse sit, magnam cladem Lacedæmonios ob epusmodi causas pati. Leuctrus fuitis, à quo campus ille nomen suum obtinuit. Hujus & ejusdem Sedasi nomine filias Lacedæmoniorum legati viciaverunt. Viciatæ contumeliam non ferentes, patriam cam, unde missi vitatores erant deserta, manu sua mortem sibi conscivere. His atque ejusmodi multis aliis dictis, Epaminondas coacta concione milites suos apud orationem ad pugnam animavit, sic uti collatis signis, pauci multos, despecti prius fortissimos Græcorum insigni illa Leuctrica classe affecerit. Diodorus Siculus lib. 15.

Idem, cum fax de celo nocte delapsa, eos, qui advertebant, terruisset: Lumen (inquit) hoc numina ostendunt. Frontinus lib. 1. c. 12.

Idem in Peloponnesum copias duxit. Hostes circa Onium ingressi, castra posuerunt. Tonitru fit, & metus invadit milites. Vires quidem quiescendum dixit: Epaminondas verò, Nequaquam, inquit: hostes enim, qui in ejusmodi loco castrametati sunt, tonitru exurbavit. Polyæn. lib. 2.

Eidem, instante adversus Lacedæmonios, pugna, cum fedile, in quo refederat, succubuisse, & id vulgè prostriti expecierit significatione, consanguis milites trepidarent: Immo (inquit) veramur federe. Ibidem.

Clearchus erat in Thracia. Nocturni terrores exercitum invaserant. At ille præcepit, si noctu tumultus oriretur, nemo H. rectus confargeret: qui verò noctu confurgeret, tanquam hostis interficeretur. Hoc præceptum milites docuit contemneret nocturnum terrorem. Polyæn. lib. 2.

Timoleon in Sicilia copias eduxit ad pugnam in eundem. Carthagenensibus in insulam expositis, obviam factus est mulus portans apium. Milites omen perhorruerunt: quod apud ipsos defundorum monumenta coronabantur apio. Timoleon: Atqui inquit, manifestiorem dii nobis victoriam significant. Nam eos, qui illihamicæ certamina vicierunt, Cocinthii certis ex apio factis coronant. His dictis, tum ipse se apio redimivir, tum etiam duces suos coronavit. Ex quo accidit, ut reliqui milites à se mutuo apium fumentes, & audaciores ad pugnam redderentur. Polyæn. lib. 5. c. in Platarchi Timolonte.

Alexander Magnus ad fluvium Tigrim prævertente. Da-

Darium festinabat. Panicum ab extrema acie pervasit uni- A verum exercitum. Rex mandavit tubicini, ut securitatis signum promulgaret: & antesignanis militibus, ut ante pedes arma proicerent, atque idem sequentibus dicerent. Sic omnes ex ordine hoc fatientes, causam terrores cognoverunt. Cum panicum cessasset, milites sublati armis procefferunt. Polyæn. lib. 4.

Idem cum Tigrim superasset, accidit, ut circa primam noctis vigiliam Luna repente defeceret, nitoreque syderis obtenebrato, veluti sanguineis maculis sit illius facies foedata. Religio, & metus ingens Macedonam animos invasit, vulgè fremere, stultè fieri, quod tot millia fortissimorum hominum temerarij juvenis conatus sequerentur. Nec res procul à seditione aberat. Alexander eo motu turbatus, Ægyptiacos vates in concionem produxit, qui lunaris deliquij ratione patefacta affirmare sunt ausi, id sydus sæpe alias Perfarum Regibus cladem portendisse. Qua prædicatione pristina militibus audacia restituta est. Sab. lib. 5. En. 4.

Agathocles Syracusanus adversus Pannos pugnaturos, apparete Solis eclipsi, qua sub diem pugna, ut prodigio militibus sui confirmaretur: ratione, qua id accidit, exposita docuit, quicquid illud foret, ad rerum naturam, non ad ipsorum propositum pertinere. Front. lib. 1. c. 11.

M. Marcellus contra Gallos ad Caldidum pugnaturos, dum aciem in hostes dirigit, equus ejus ululari Gallorum expavescens, retrò cedit, vique Marcellum avertit. Ille veritus, ne ea res promoveret in orem versa milites, equum properè in sinistram flectit, & ad hostes convertit, Solemque ipsa odorat: ut si non casu, sed ejus rei causa circumfessit equum. Solemne est enim Romanis, cum adorant deos, in orbem sese convertere. Plus, in Marcello.

T. Sempronius Gracchus Consul, ac adversus Picentes directa, cum subitus terramotus utraque partes confundisset, exhortatione confirmavit suos, & impulit, ut consternam superflitione hostem invaderent, adhortatusque devicit. Front. lib. 1. c. 12.

P. Scipio ex Italia in Africam transportando exercitum, cum egrediens navem prolapsus esset, & ob hoc attonitis milites cerneret: id quod trepidationem afferbat, constantia, & magnitudine animi, in hortationem convertit. Et, Audite (inquit) milites, Africam oppressi. Front. lib. 1. cap. 12.

L. Sulpitius Gallus bello Macedonico in castris L. Æmilij Pauli defæctum Luna imminente pro o sidente excepit milites, prædixit futurum, additis rationibus, causisque defæctionis. Front. lib. 1. cap. 12.

Q. Sertorius, cum equitum fœta extrinsecus, equorumque pectora cruenta subito prodigio apparuissent, victoriam portendi interpretatus est: quoniam illi partes solerent hostium errore respersi. Ibidem.

C. Jul. Cæsar, cum vates diceret, insauipicata esse sacra: Atqui, inquit, meliora futura, si ipse velit: & ita hostibus milites immissit, Victima sine corde reperta: Et, quid, inquit, mirum si brutum animal cor non habeat? Polyæn. lib. 8.

Idem cum in Africam magna celeritate trajecisset, è navi egrediens in terram cecidit. Milites malum illud omen judicantes, animis conciderunt. Cæsar porrecta manu, quasi de industria cecidisset, terram apprehendit: eamque osculatus: Temeote (inquit) Africa. Xiphilin. in Cæsare, & Front. lib. 1. cap. 11.

D. Bruti milites amem Lethen in Hispania, omen vocis defæctati (quod Lethe unus è quatuor Orci fluminibus esset, & vox ipsa oblivionem significaret) transire recusabant. Bruti signum in ultiorum propejecit ritum. In quo repetendo D. flavius à paucis primò, mox ab universo exercitu superatus est. Sab. lib. 9. En. 5.

Cum apud Parisos Cæsar Julianus, contra Constantium in Orientem properans, quatenus solum, variis exerceret motibus in campo, assulas, quibus orbis erat compingatus, excussit, octava (quibus brachium inferebatur) remanserunt sola, quæ retinens valida manu stringebat: terriusque, ut omine ditro, præsentibus Nemo (inquit) vereatur, habeo firmite, quod tenebam. Cæsar. lib. 10. c. 4. Antig. Læf. ex Ammiano Marcelino.

LOCO, VEL TEMPORE

MALA OMINOSA.

L. Lucullus contra Tigranem ad Tiganocertam aciem instruxerat. Transmissurum flumen Lucullum, quidam duces admonuerunt, cavendam illam diem, quæ ex nefastis, quas

atras vocant, erat una. Illa enim die exercitus Cepionis fuerat à Cimbris in conflictu oppressus. Hic verò celebrato illo die occurrens: At ego, inquit, etiam faustam hanc Romanis diem efficiam. Fuit illa pridie Non. Odostr. Ita fatum, cum bono animo eos esse iussisset, amnem transmeavit, ac princeps duxit in hostem, eumque magno prælio fudit. Plus, in Luc. & in Apob.

HOSTIUM VEL

Prudentia. Virtute.

Eumenes cum insecto exercitu Craterum adesse audiens, nulli id amicorum aperuit, sed esse dixit Neoptolemum. Hunc enim milites faciebant: illius suspiciebant nomen, & virtutem amplectebantur. Nec rescivit id ullus alius, sed commissis signis victores Craterum occiderunt nescij, ac cadaver cognoverunt. Ita moderatum est prælio silentium, tantumque adversarium rexit: ut amici eum, quod ipsos hac de re cæcasset, magis commendaverint, quam inconvenerint. Plus, in Luc. & in Apob.

Ludovicus XII. Gallorum Rex, bellum Venetis inferens, F extollente quodam Venetorum prudentiam: Ego verò illis, inquit, tot stultos opponam, ut quo se vertant, sint ignoranturi. Corvozetus de Ditiis, & factis memorabilibus. Ferocia.

Ut Argivi fusi semel, iterum occurrerunt Agidi Archidami filio ferocibus, perculos cernens perque focios: Bono animo, inquit, este, committentes. Nam quando non victores trepidamus, quid facere censeatis illos, qui à nobis victi sunt. Plus, in Apob.

C. Marius Cœ IV. cum ad Rhodanum castra haberet contra Cimbricos, milites vallum confendere, & speculati iussit, ut vultum hostium ferre, & vocem tolerare planè absonam, seramque affluerent, armatam, & tractationem eorum condicerent. Ita temporis tractu horrenda in speciem reddebat in animo ex aspectu lenia. Atqui quotidianis hic aspectus militibus non tantum patrem deterfit pavoris, sed & ad barbarorum minas, atque intolerandam insolentiam fervor eos fubens irritavit, & inflammavit animos: cum non modò procularent omnia circumquaque hostes, sed in vallum quoque magna proacitate, & ferocia incurserunt. Plat. in Marii Clamore.

Cyros Perfarum Rex, ne hostium essetis clamoribus militibus percussis trepidarent, hymnum Polluci, & Castori canete iussit. Quo concetu efficit, ne improvisa formidine caperentur. Alex. lib. 4. cap. 7.

Perfidia.

Cum Agefilus in Asiam transfret, & Regis ditionem vastaret: Tisaphernes inducias fecit. Inducias verò ad tres menses erant constituta, ut interim Rex ad suas partes alliceret, atque ad jungeret, quotquot essent Græcia civitates in Asia, & liberas dimitteret. Græci præfinitum diem expectabant. At Persa magna manu collecta, Græcos aggrediebatur. Oritur stupor, & metus. Agefilus verò læticiam vultu præ se ferens, gaudio elatus, inquit: Græciam habeo Tisapherni pro perjurio. Sibi enim deos hostes reddidit, nobis verò focios. Eamus igitur confidentibus animis, quoniam cum tam potentibus focis pugnam fumus facturi. Receperunt animos Græci oratione ducis, & collatis signis Barbaros fuderunt. Polyæn. lib. 2.

Denunciations, Mimis, Diris.

Regis Gallorum Ludovici XII. præco Venetias an. 1507. venit, ut bellum Reipubl. indiceret. Ab eo Patres, semotis aliis, ne civitas re nova promoveretur, se adiri voluerunt. Itaque porta devia in vestibulo curiæ ad missus, legationem peregit. Bemus lib. 7. Hist. Venetæ.

Paulinus Suetonius, Neronis legatus, Britannia pacata, Monam insulam, rebellium receptaculum subigere parabat. Stabat pro litore mulierum fanaticum agmen, furiali habitu, crinibus dejectis, faces præferentium. Stabant & Druides deorum sacerdotes, diras in Romanos fundentes execrationes, magnis cum clamoribus, manibus ad cœlum sublatis. Media stabat cetera multitudo in armis. Perculit Romanos milites, insolitum mulierum fanaticorum, Druidumque spectus: ut quasi hærentibus membris, immobile corpus, vulneribus præberent. Sed ducis adhortatione, illatis signis, hostes pugna adorti, facili negotio fuderunt. H. Boetius lib. 4.

Multitudine.

A Agefilus, ut illos, qui praesto ei in bello esse debebant, timentes imminens discrimen ex hostium multitudine vidit, qui erant ducenta milia, atque ex sua infrequentia: ante confectum statuit sacrificium facere, & aliique in scis sinistra manus palme victoriam inscripsit, atque acceptum a vate jecur coniecit in inscriptam manum, quod aliquid per tenens in speciem praeferebat harenis, & fluctuantis: dum excepta jecur, & expressa literarum figuram fuerunt: atque tunc monstravit id commilitonibus, deos praedicans, illis literis significare victoriam. Argumentum ibique firmum rati palma habere, ad confectum se acuerunt. Plut. in Apoph.

Hannibal ad Cannas cum eduxisset, ut arma caperent, milites, cum paucis ipse equo vestus, hostes ex molli clivo jam in ordines euntes speculatur. Ibi cum ex comitibus Gisco, admirari se diceret tantas hostium copias (majores enim nullo unquam ante bello habuere Rom. octoginta quinque milia fuisse scribuntur) fronte Hannibal contracta: Aliud, Gisco, inquit, fugit te, eo magis mirandum. Quidnam illud esse? requirentem Gisco: Quod nimirum tanto in numero, inquit, nec unus quidem sit, qui Gisco vocetur. Hoc dictum, nec opib.

B nantibus oblatum omnibus risum movit. Itaque declivo digredientes, ut quisque occurrerent, illum narrarunt jocum: tantumque per multos motus risus est, ut qui Hannibalem comitarentur, continere se non valerent. Quod Poenis cernentibus animam confirmavit, ex magno, & insigni contemptu motum arbitrantibus eum risum, ut etiam ipse instante dux discrimine jocos ciceret. Plut. in Fabio.

Rege Antiocho cum ingentibus copiis Graecam petente, omnibusque attonitis, hujusmodi orationem T. Quint. Flaminio ad Achaos habuit. Chalce commemoravit, cum canere apud hospitem, miratum se affluentiam carnum. Respondisse hospitem sibi, esse ea omnia porcina, apparatus, condimenta, & confectioibus distincta. Quare nolite vos quoque, inquit, stupere exercitum regium, cum lancearios, cataphractos, pedes, sagittarios, desultores auditis. Omnes etiam in Syrii sunt, armis inter se differentes. Plut. in Apoph.

A morabecus Tartarorum Princeps ad Lazatum Servie Despotam legatos misit, transiit in Hungariam petentes, minas etiam addens, nisi pareret: & ut magis permoveret, multum milio onustum in Despotae conspectu produci, sacroque exonerari iussit, quasi acervi grana facilius, quam Tartarorum illuvies numerari posset. Despotes in tertium diem responsum distulit, eoque tempore gallos, capos, gallinas fame excruciar curavit. Vocatis inde legatis, gallos emitti iussit, qui parvo temporis spatio universum milium absumpserunt. Tum ad legatos conversus: Renunciate igitur Regi vestro, inquit, ut milii grana edehat innumera, nobis edaces gallos non defuturos. Et certe adventus ira tulit, ut Tartari multitudine confisi, Servii magna sint strage affecti. Aegidius Corrozetus de Diab. & factis memorab.

Amis.

L. Lucullus ad Tigranocertam cum Tigrane dimicaturus, milites suos, cataphractos praecipue, timentes, iussit bono animo esse. Plus enim fore laboris in his spoliandis, quam fundendis. Plut. in Apoph.

SUORUM, MILITUM,

SOCIORUM.

Defensione, Praditione.

D Post pugnam Leucliticam, cum apud Spartanos multi accolae, & illotae, quos centuriaverant in ordines militares ex urbe transfugerent ad hostes (quidem consertationis magna erat causa) apparitoribus suis praecipit Agefilus, ut thoros dilectulo adirent, atque arma eorum, qui transfugerant, auferrent, reconderentque, quo numerus in occulto esset. Plut. in Agefilo, & Polyen. lib. 2.

Danames Car, Dux Persarum adversus Antiochradem in Cappadocia, cum partem equitum suorum transfugere comperisset, ceteros omnes venire secum iussit, assecutusque transfugas collaudavit, quod cum alacriter praecessissent: hortatusque est eos etiam, ut fortiter hostem adorirentur. Pudor transfugas attulit poenitentiam, & consilium suum (qua non putabant deprehensum) mutaverunt. Front. l. 2. c. 7. & Polyen. lib. 7.

Idem a Persarum Rege deficiens, Paphlagoniam, & Ciliciam occupaverat. Audiens Pisides quasdam copias adversus se parare: filium eorum Arideum cum exercitu mittit. Cadit in

praelio adolescens, proficiscitur eo pater non ita cum magna manu, caenas quantum vulnus accepisset, quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de male re gesta fama ad suos perveniret, ne cognita filii morte, animi debilitarentur militum. Quo contenderat, pervenit, hisque locis castra ponit, ut neque circumveniri multitudine ad adversarium posset, neque impediri, quo minus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Metrobarzanes fover ejus, praefectus equitum. Is desperatis generi rebus, ad hostes transfugit. Id Datames, ut audivit, sensit fit in urbe exister, ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut ceteri consilium sequerentur: in vulgus edit, suo iussu Metrobarzaneum profectum pro perfuga, quo facilius receptus, interficeret hostes. Quare relinquit cum non par esse, sed omnes confestim sequi: quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non posset resistere, cum & intra vallum, & foris caderentur. Hac re probata exercitum eduxit. Metrobarzaneum persequitur, qui tum ad hostes pervenerat. Datames signa inferri jubet. Pisides in opinionem adducti, perfugas mala fide, compositoque fecisse, ut recepti essent majori calamitate: primum eos adoritur. Ergo illi coacti fuere, cum eis pugnare, ad quos transfugerant, ab eisque stare, quos reliquerant. Quibus cum neuri fererent, multos interfecit, castra hostium capie. Tali consilio uno tempore proditores percussit, & hostes profugavit, & quod ad suam perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem convertit. Quod neque acutus ullus Imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus. Probus in eius vita.

Tullus Hostilius Rex Romanorum, commisso adversus Veientes praelio, cum Albani deserto exercitu Romanorum, proximis pererent tumulos, eaque res turbasset Romanorum animos: clarè pronuntiavit, iussu suo Albanos id fecisse, ut hostem circumveniret. Quare res & terrorem Veientibus, & Romanis fiduciam attulit, remque inclinavit consilio restituit. Front. lib. 2. c. 7. & Polyen. lib. 8. & Val. lib. 7. c. 4.

Hannibalem venientem in Italiam tria milia Carpentariorum reliquerunt. Quo exemplo, ne & ceteri moverentur, edixit se esse dimissos, & in super in fidem ejus rei, paucos levissimae operae domos remisit. Front. lib. 2. c. 7.

P. Scipio, cum elassem in Sicilia haberet, ut in Africam traiceret, oratores Syphace Rege Massiliensium missi denuntiarent ei, novum sibi foedus cum Carthaginensibus ictum, affinitatem cum Aetruis contractam, filiam ejus sibi matrimonio junctam: propterea monere, ut si sua Reipubl. consulere vellet, Africa abstinere: eosdem enim, quos Pœni haberent, se amicos, inimicosque habiturum. Hos legatos Scipio, ne mandata Regis efferrentur, exemplo ad Syphacem remisit cum literis, quibus postulabat, ut in iura societatis, junctaque dextra memor, caveret, ne quid nomine Romano, & regia fide indignum moliretur. Post hac concione advocata, legatos Syphacis venisse in Siciliam dixit, ut sicut antea Masinissa Rex Numidiae, sic etiam hi nimiram dilationem adventus sui quaererentur: itaque maturandum in Africam esse, atque idco necesse militibus edicere, ut arma expediant, & ad profectum necessaria comparent. Hoc edictum Romani Ducis ubi per Siciliam vulgatum est, statim multitudinem Lilybæum confluit: itaque matrandum in Africam, qui in Africam trajecturi erant, sed eorum etiam, qui spectatum venerant Romanam classem: qua raro unquam instructor, aut omni armorum genere ornatus visa fuerat. Auctor vita Scipionis, & Polyen. lib. 8. & Front. lib. 2. c. 7.

L. Lucullus, cum animadvertisset Macedonas equites, quos in auxilio habebat, subito consensu ad hostem transfugere, signa canere iussit: & turmas, quae eos sequerentur, immisit. Hostis committit praelium ratus, transfugentes telis excepit Macedones: qui cum viderent, neque recipi se adversariis, & primi ab his, quos desererebant, necessario ad justum praelium conversi, hostem invaserunt. Front. lib. 2. c. 7.

L. Sylla, cum praefectus ejus comitante non exigua equitum manu, commisso jam praelio ad hostes transfugisset, pronuntiavit iussu suo id factum: caque ratione militum animos non tantum a consensione retraxit, sed quadam etiam spe utilitatis, quae id consilium secutura esset, confirmavit. Idem.

Clade.

Xerxes Rex, cruenta victoria ad Thermopylas parva, cum ad viginti milia amiseret, & Graecorum duo tantum milia

missa fuissent, mortuorum mille ferme relicti, ceteros de prella fossa humavit, & ne a classario exercitu, qui ad Histiazam erat, ceteri posset, humum exagitaret, solisque confusivavit. Max per praenem indicavit, ut qui vellent, cadaver hostium inspicerent. Hac denunciate praenone, omnes se profecti, non omnes Lacedaemonios, ad Thespienses esse videbant, cum etiam servos jacere cernerent. Itaque strata gena eos non latuit. Herod. lib. 8. & Polyen. lib. 7.

Agefilus ad Coroneam, quantum nunquam antea, ad pugnam instruebatur. Venit quidam nuncios: Pisander Lacedaemoniorum navarchus occubuit, superatus a Pharnabazo. Ne igitur dolores, & metus incederet exercitum, Agefilus praecipit nuncios, ut contraria militibus nunciarent: Lacedaemonii victoriam per mare in manibus habent. Sed & ipse praecessit coronatus, & Evangelia sacrificavit: misitque amicis portiones de victimis, ac legitima ad Coroneam praelium colligentes, majori alacritate, ac laetitia ad Coroneam praelium faciebant. Agefilus hostibus in fugam conversis, liberam fugam dare iussit. Polan. lib. 2.

Epaminondas cum Lacedaemonii signa conferebat. Cum pugna fieret acris, multis utrinque cadentibus, ingruente nocte ante victoria finem, utriusque ad castra reversi sunt. Lacedaemonii manipularum, & secundum turmas, atque contubernia castrametantes, mortuorum multitudinem cognoverunt: atque ita praer morore in somnum versi sunt. Thebanis autem mandavit Epaminondas, ut quo casus queneque ferret, ibi castrametarentur: neq; manipulos, aut ordines quaererent, sed quam celerim sumpta castra quieti se dederent, atque alter alteri ex praenati comeatum impertiret. Proinde sumpta castra repente somno indulerunt: & hoc eis maximo bono fuit: quod ignorabant, qui occubissent: cum non in suis contuberniis, sed praer castra nam fecissent. Itaque postero die Thebani in aciem educti, fortius pugnantem victoriam reportarunt, Lacedaemonii vero suorum caede terribi, vili sunt. Polyen. lib. 2.

Antigonus, & Eumenes pugnam conferuere. Ancipiti victoria, de sepultura caesorum legatum Eumenes misit. Antigonus, cum ex suis majorem numerum occidisse videret, ut id clam haberet, legatum eorum dicitur, donec eorum omnium corpora igni tradidisset. Cuiusque jam sepultura finem accepisset, praenem dimisit, concessa sepeliendi potestate. Polyen. lib. 4.

Alcibiades Atheniensis, cum ab Abydenis praelio urgeretur, subitoque magno cursu tristem advertisset adventare tacebellarium, prohibuit palam dicere ad afferret. Deinde secretò fecerat a Pharnabazo regio praefectum classem suam oppugnari, caelatis & hostibus, & militibus praelium finit: ac protinus ad eripiendam classem ducto exercitu, opem tulit suis. Front. lib. 3. cap. 7.

Eteoniceum Laconem in urbe Mytilensium Conon Atheniensis oppugnabat. Celes excedit, venit nuncios Callitradem Lacedaemoniorum navarchum ad Arginusiam victoriam hostibus dedisse. Eteoniceus, sub noctem clam egredi nuncios iussit, & interdiu Mitylenam coronatos, & gratulandos venire, ac victoriam nunciare. Eteoniceus quidem gratulatoria sacrificia fecit, Conon, & Atticus exercitus consertatus, quietum se tenuit. Ad non Eteoniceus quievit, sed mox classem in Chium misit. Pedestres vero copias Metymnam, in civitatem sociam, & amicam deduxit. Polyen. lib. 1.

Daphneus Syracusis, & Italis adversus Carthaginenses praelium committentibus, dextrum cornum tenentibus Syraculis, sinistram Italis, cum audisset magnam clamorem ferri a levo accurrere: conspicitque penè victos Italos, revertens ad dextrum cornu, legatum nuncium Syraculis attulit, Italos in sinistro cornu victoriam adeptos. Syraculis ducentem vera dicere arbitrat, in victoriam factum, Barbaros in fugam vertunt. Polyen. lib. 5.

Hannibalem terunt, cognita Hasdrubalis fratris caede, ac totius clade exercitus, composuisse vulturn, rissisque conditionem humanam magis, quam ut dolorem praeferebat, aut animi consertationem. Ea versuta, & sagacitate animos milium, ducumque suorum confirmavit. Jovianus Pontanus lib. 4. de Prudentia, c. 11.

Q. Fabius Maximus Dictator, a diis orsus, cum doceret populum, negligentia, & contemptu ceremoniarum a consule C. Flaminio ad Trasimenum peccatum esse, non ignavia milium, admovit, ut ne hostes timent, ac deos plerent, colerentque: non ille quidem quo superstitione animos implicaret, immo ut virtutem confirmaret pietate, & L. B. Theatr. vitae Hum. Thom. V.

spe divina opis formidinem eximeret, & elevaret hostium. Eodem tempore libros consulit Sibyllinos, & convocato populi consilio, vovit diis immortalibus, quod eo anno vel attulisset ex caprino, sullo, ovillo, bovillo grege, intra fines Italiae, campos, flumina, prata, natum, id omne se immolaturum. (Livius lib. 22. cap. 34. id Ver sacrum vocat) simul ludii magni voti. Plut. in Fabio.

Cn. Manlius adversus Hetrucos, vulnerato collega Fabio, qui sinistram cornu ducibat, & ob id parte cedente, quod etiam occisum erederet Consulem: cum turmis equitum occurrit: clamantis, & collegam vivere, & se dextro cornu vicisse. Qua constantia redintegratis animis suorum vict. Front. lib. 2. cap. 7.

T. Didius in Hispania, cum acerrimo praelio conflixisset, quod nox diremerat, magno numero utrinque caeso complura suorum corporum atra nocte sepelienda curavit. Hispani postero die ad simile officium progressi, quia plures ex ipsorum numero, quam ex Romanis caesos repererant, victos se esse secundum eam dimutationem argumentant, ad conditiones Imperatoris descenderunt. Front. lib. 2. c. 20.

Q. Sertorius, cum acie deceraret, Barbarum, qui ei nunciaverat Herculejam perisite, pugione traiecit: ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi suorum infirmarentur. Front. lib. 2. cap. 7.

L. Sylla, cum auxiliares ejus missi ab ipso circumventi ab hostibus, & interfecti essent, verereturque, ne propter hoc damnum universus trepidaret exercitus, pronuntiavit auxiliares, qui ad defectionem conspirassent, consilio a se in loca in qua deductos, Ita manifestissimam cladem ultionis simulatione velavit, & multum animos hac persuasione confirmavit. Front. lib. 2. cap. 7.

T. Labienus post Pharsalicam pugnam, cum victis Partibus Dyrrachium refugisset, miscuit vera falsis: & non celato exitu pugnae, aequatam partium fortunam gravi vulnere Caesaris finxit: & hac assimulatione reliquos Pompejanorum partium fiduciam fecit. Ibid.

Sigismundus Imperator a Pragensibus Hussitis, Vicegratum arcem obsidentibus, magna strage affectus, ad metalli fodinas Cuthunenfes evasit: ubi ad dissimulandum ex clade accepta dolorem, capiti fertum viride imposuit, laetaque facie convivium cum honoratioribus iniit. Dubrau. lib. 2.

Franciscus Foscarus, Dux Venetus, a Francisco Sforzia Mediolanensium Duce apud Cravagium memorabili praelio victus, ut penè nullus evaserit: convocato senatu, magna vi auri, & argenti profusa, conversus ad Patres ipsos: Nichil est, inquit, P. C. quod ad unam pugnam, licet calamitosam, terribi desperetis, ut vel Philippi ipsius hostis exemplo bene sperare de summa rerum debeatis, qui a nobis ad Maclodium sulus, captis ferè ducibus omnibus, exercitum facile restituit. Agite igitur me ipsum secuti pecuniam huc conferre, quo numerosiorem vestrum quisque possit: infra enim triduum copias omnes nostras reparandas polliceor. Quod certè mox ita subsecutum est, ut victor ipse Sforzia pacem ultro petierit. Egn. lib. 2. cap. 2.

Vulneribus.

Lacedaemonii ad dissimulandum, & occultandum vulnure suorum cruorem, puniceis praelis in praelio utebantur, non ut ipsis aspectus earum terrorem sed ne hostibus fiduciae aliquid adferret. Val. Max. lib. 2. c. 1. & Gellius lib. 1. c. 11. & Alexand. lib. 4. c. 9.

Inclusiones.

L. Furius, exercitu perduto in locum iniquum, ne reliqui H trepidarent, paulatim inflexit iter, tanquam circuitu majore hostem aggressurus: conversoque agmine ignarum rei, quae agebatur, exercitum incolumem reduxit. Front. lib. 1. c. 5.

OPUM, COMMEATUS

amissione.

Cum Citinolum Neapol. Regni oppidum Hispanorum tormentariorum pulvis, five casu, five alia quavis ratione accessus esset: Constantinus Magnus Dux, omen forti animo amplexus, Vicimus: Deus aperte nobis victoriam pollicetur, exclamavit: hoc enim signo tormentis nihil jam opus fore demonstrat. Gucciard. lib. 5.



& munera non vulgaria promittendo. Itaque multi ducum  
 A ad eos sese cum exercitu deficiunt pollicebantur. Agathocles  
 exuta purpura: indutaque villi, tenuique veste in medium proce-  
 dit. Facto ob omnibus silentio, commemoratis rebus ab se  
 antea gestis paratum se esse ait mortem oppetere, si id milites  
 expedire censerent. Cum enim tanquam seipsum jugulaturus  
 stringit. Cuique jam vulnus inflicturn esset, exercitus ne faci-  
 at, exclamat, ac vulgo voces eum absolventes exiunt. Multitudo  
 autem, ut regiam vestem assumat, jubente: lachrymans, populoque  
 gratias agens, decentem ornatum induit, multitudine applausu  
 ejus in integrum restitutionem approbante. Ceterum Carthaginiensibus  
 Græcos quasi jamjam ad ipsos defectors expectantibus, Agathocles exercitum  
 adversus eos ducit. Barbari hostes ad se desciscere rati, nihil de eo,  
 quod res ipsa acciderat, cogitabant: Agathocles verò jam ho-  
 stibus proximus classicum cani jubet, ac eos adortus magnam  
 stragem edit. Carthaginienses inopinato casu oppressi, multique  
 militibus amissis in castra se receperunt. Sic Agathocles  
 propter filium in summa pericula cum venisset, sua virtute  
 non solum mali exitum invenit, verum etiam hostes superavit.  
*Diod. l. 20.*

B Gregorio IX. diris, & armis Fridericum II. Imp. persequen-  
 te, multas civitates à Pontifice descivere, tum in Umbria, tum  
 in Hetruria, præcipue autem Viterbienses. Descissent etiam  
 Romani cives, nisi Pontifex, delatis per urbem supplicando  
 Apostolorum capitibus, populum ad commiserationem move-  
 vit: habita etiam in basilica sancti Petri oratione, qua tu-  
 mulantes in sententiam suam traxit. *Platina.*  
 Cum Barcinonenses, & Gothalani reliqui contra Joan-  
 aragonie Regem XIII. rebellassent, Joanna regina Gerun-  
 dam venerat, ab his evocata contra defectores. Ceterum cum  
 cives ipsos fluctuantes, & parum constantes esse animadver-  
 tisset, Ferdinandum filium etiamnum puerum manu trahens,  
 illorum fidei commendavit. Quo facto Gerundensium animo-  
 sita confirmavit, ut pro ea contra Comitem Pallatinensem  
 seditionum ducem fortissimè dimicaret, eumque ab urbe  
 repulerint. *Marinaus lib. 14. Rerum Hispan.*

SPE, TUM IMPUNITATI.

Parthenionem, post factum ad Iffum prælium, ab Alexandro  
 missus Damascum, ad impedimentum pedum conflixit: cum  
 Ixis. Postquam verò Barbari metuentes fugam capefferent,  
 cogitans Parthenionem, se non posse conservare tantam impe-  
 dimentorum multitudinem, si calones Barbari se fugæ trade-  
 rent: missus ad eos tribus equitum turmis, promulgavit:  
 Quicumque non propriis manibus sua jumenta apprehende-  
 rit, trucidabitur. Hanc promulgationem veriti Barbari, ip-  
 si ad jumenta accesserunt, & impedimenta transportarunt.  
*Polæn. lib. 4.*

Josephus historicus, Galilææ præfectus, audiens Tiberien-  
 sem in lacum deducere iussit, eaque cum gubernatore con-  
 sentia sequi Tiberiensem, ut cognoverunt nullas a rege vene-  
 re copias, lacum verò totum referunt navibus: attoniti, &  
 civitati sue timentes, ac si naves militum veherent, mutave-  
 runt priorem sententiam. Itaque postis armis, obviam Jose-  
 pho, cum uxoris, & liberis prodeunt. Ille autem pro-  
 pter accedens, iussit gubernatores longe à terra anchoras ja-  
 cere, ne appareat oppidanis navigia esse inania: ipse navi una  
 adversus proximè, cum eis expostulabat, quòd tam stulte ad  
 violandum fidem datam essent faciles: deinde pollicebatur  
 certam veniam, si decem primates ad se mitterent: quo sine  
 mora factò, in navem impositos misit Taricheas in custodiam.  
*D. Josephus in sua vita.*

Auxilium.

Incluserat Consulvum Agidarum Magnum Galli intra  
 Barulum. Tenuit septem menses obsidio, cum Hispanus mil-  
 les in se his omnibus locis unde commearus in vehi in oppidum  
 posset, ne à muribus quidem, & herbarum omni genere abstin-  
 neret. In hac temporum difficultate nihil non excogitatum  
 ab illo est, quomodo militem animos placaret, nunc monendo, nunc  
 hortando: sæpe sese gregariis inferendo, sæpe spe venturi com-  
 mearus, & subsidii solando adeo affectu, ut qui de eo necando  
 cogitarent, mutata sententia in fide manserint. Quo tempore  
 consistit illum D. Benedicti oraculo victoriam sperare moni-  
 tum. Ex quo mox ille victoria potius, ejus familiæ Cassina-  
 tem salutem, cum vetustissimo cœnobio restituendum curavit.  
*Sabel. lib. 10. c. 6.*

Eumenes, cum in perfide milites videret à Peuceste sollici-  
 tati vino, & largitionibus, literas peritulis quasi ab Oronate Ar-

menie satrapa Syriaci characteribus scriptas, in eam senten-  
 tiam: Olympiadem ex Epiro descendere, & Alexandrum ad-  
 ducere, atque vi Macedonia urbem Cassandrum tenere. Ma-  
 cedones his auditis, Peucestem à memoria deposuerunt: Alex-  
 andri verò matrem, ejusque filium summa cum voluptate,  
 & gaudio promulgarunt. *Polyæn. lib. 4.*

METU, SCILICET SUPPLICII.

Basilus Imp. contra Agarenos classem habens, duce Alari-  
 co omnes belli defectores iussit ligari, utque fugientibus timo-  
 rem incuteret, Agarenos suspendio necatè habitu Christi-  
 norum. *Cærenus.*

Hofium crudelitatis.

Antigonus bellum gerens contra Eumenum Cardianum,  
 misit legatos ad satrapas, & ad Macedones, postulans ut Eu-  
 menem desereret cum magnificis promissis. At cum Ma-  
 cedones legatis minarentur, Eumenes supervenientibus laudavit  
 ipsos, & fabulam retulit antiquam, Leonem amantem virgi-  
 nis contulisse cum parte puellæ de nuptiis. Patrem verò dice-  
 re, quemadmodum paratos sit quidem eam ipsi concedere, for-  
 midare autem unguis, & dentes, ne quando contradiis nuptiis,  
 propter aliquam causam exacerbatus, sese gerat bellum: cum  
 virgine. Non leo abjecisset unguis, & dentes, pater conspicia-  
 tus arma eum abjecisse, per que erat formidabilis, baculo fe-  
 ciens, facile interfecit. Non ab simile facere Antigonum, co-  
 usque promissiones extendere, donec exercitu potiar, atque  
 ita de ducibus penas sumat. *Diodorus lib. 10.*

Hamilar, Dux Pænorum, cum frequenter auxiliares Gal-  
 li ad Romanos transiret, & jam ex consuetudine, ut officii  
 exciperentur, sibi fidelissimos subornavit ad simulandum tran-  
 sitionem, qui Romanos expectandorum eorum causa profes-  
 sionem fecerunt. Quæ solertia Carthaginiensibus non tantum ad  
 præsentem profuit successum, sed in posterum præstitit, ut  
 Romanis veri quoque transfuga forent suspecti. *Front. lib. 3. c. 16.*

Brixia à Philippo Vicecomite Mediolanensi artissimè obsi-  
 debatur. Veneti mira arte populum in officio continere. In-  
 ter alia, sunt literæ, tanquam ex castris hostium in urbem mis-  
 sæ sagittarum jactu, pro concione recitatae, quibus moneretur  
 civitas, cavere, ne deditioem faceret: nec crederet ducibus  
 hostium, qui veniam promitterent: statutum his esse, Bri-  
 xia recepta, non atari, non laxari parceret, omnem promissæ  
 multitudinem tollere, urbem directam, & incensam funditus  
 evertere. *Sabel. lib. 4. Em. 10.*

Multa. Diripiendi honorum.

Quoniam magistratus Regis Galliarum Ludovici XII. qui bel-  
 lum Veneticis faciebat, edictum Mediolani proposuerat, & cum  
 ejus urbis cives, tum verò etiam Ligures, aut omnino Galli,  
 qui in ditione Venetorum eo temporis moram traherent, vi-  
 ginti dierum spacio domum reverterentur: id qui non fecisset,  
 mors ei poena esset, ejusque bona publicarentur (qua ex re fie-  
 bat, ut per plurimum, qui vel marcaturam faciebant, vel plebeas  
 artes exercebant, domiciliaque Veneticis habebant, emigrare  
 cogerentur) legem contra Veneti iusserunt, qui ea de causa  
 urbem reliquisset, quive illum navicula evexisset, aut comes  
 itineris fuisset, ejus bona sisco inferrentur, aliquandoque ca-  
 pius, annum in carcere tertio conficeret. Ea poena propo-  
 sita, omnes, quibus quidem aut insula, aut fundi, aut omnino  
 res aliqua familiaris esset, emigrare veriti, restituerunt. *Brem-  
 bus lib. 7. Hist. Ven.*

JURE JURANDO.

Post Cannensem cladem profugerant Casanum Romani  
 milites, erantque ibi quatuor tribuni militum, & in his P. Scipio,  
 cui postea Africano cognomen fuit, sed tunc admodum H  
 adolescens. Ad hunc, & Appium Claudium, qui & ipse tribunus  
 erat, summa imperii ab his, qui aderant, delata est. Aderant ad  
 xx. hominum, consultabantque hi forte inter se de summa rei,  
 cum P. Furius Philus docuit, L. Cæcilium Metellum, & cum  
 eo plerisque nobilibus adolescentibus jam mare, & naves spectare,  
 & deserta Italia, ad aliquem regum transfugerent. Cum alii de-  
 fixi stupore starent: Scipio, Qui Kempubli. salvam vult, inquit,  
 me sequatur. Atque ipse princeps paucis sequentibus ad Metelli  
 tabernaculum devolat, ibique stricto gladio super consulantium  
 capita, primus gravi excretionem interposita, in sua ipsius  
 verba jurat: fore, ut nunquam Italiam, & cum Italia patriam  
 ipsam meta desereret. Inde in Metellum conversus: tu quo-  
 que sic jures volo, sic & qui tecum hic adsunt: si qui id face-  
 re recitaverit, hunc enim in suum caput à me nudatum con-  
 tinuò experietur: Metellus, & alii subita re percussi, non aliter  
 attoniti

antonii stabant, quam si tum Pænus suo capiti immineret.  
 A Odine itaque in Scipionis verba jurant, sese illi ab hoste pro-  
 tergendos tradunt. *Sabel. l. 1. Ecc. 5. & Frontinus lib. 4. c. 7.*

OBSERVATIONE PER

Magistratum.

Ludovico Augusto, Lotharii Imp. defuncto, Carolus Cal-  
 vus frater Gallorum Rex, ut in Franciam Cæsarum nomen re-  
 portaret, dejectis è jugis Alpium Ludovici Germanorum Re-  
 gis patris filius, ad intercludendum iter à parte missis in Italia  
 à Joanne Pont. Max. Augustus dicitur, coronatur anno Sal.  
 876. utque Italiam in fide, officioque contineret, Bostomen,  
 Judithæ uxoris sue Augustæ fratrem, Papiensibus ducem dat,  
 Berengariumque, ac Vidonem, proceres Romanæ juventutis,  
 per matres Francæ, per avias Longobardis cognatione jun-  
 ctos, factionumque que jam Italiam distrahebant principes,  
 & frædere ipsos miter se, & honoribus, numeribusque Francis  
 conciliat: alterumque Forojulienum ducem, alterum Spo-  
 leonorum dicit: ut adversus Germanorum Imperii studiosos  
 Franciæ partes tarentur, ducaturque nomine datus, armis,  
 virtutemque in ditionem suam, sidentemque Francorum redigerent.  
*Emilius lib. 3.*

B Robertus I. Sæctorum Rex moriens proceribus suis consulit,  
 ne deinceps unquam dominos Hebridum insularum  
 crearet, quibus liberta possessioem jure facere absque regis  
 arbitrio, quicquid liberet, liceret: sed per singulos annos pro-  
 curatores tantum juris dicendi gratia constituerent, & ad an-  
 nos provenus quæstiones mitterent. Ea enim oportunitate ea  
 insula sine sunt, eas incolantur mobilitas ingeniorum, ut  
 quamvis ob causam ad rebellionem impellatur, & haud fa-  
 cile semel deficientes sub regis potestate redigantur: Mari  
 enim cinchi, fortissimè se mox nobis, si qua necessitas ingruat,  
 includunt, tuerenturque. *H. Boetius lib. 1.*

Custodes.

Icholus, obsidentibus Græcis, audiens aliquot ex custo-  
 dibus moliri proditorem, noctu vigiliis audiens, unicuique  
 custodi mercedem unam adjunxit. Hoc factò, sine tumultu  
 proditorem periculum effugit. *Polyæn. lib. 2.*  
 Vitige Romam obsidente, Senatores quosdam, ut suspen-  
 sos, teste Procopio, Belisarius eiecit: claves portatum, atque  
 custodes eorum in singulos menses mutavit: & singulis nocti-  
 bus alios, alioque vigiliis ipsis præfecit: & milites ad fossas  
 excubitores canes secum habere voluit, ut nemo vel è longin-  
 quo mœnia invasurus lateret. *Sigonius lib. 18. Imp. occid.*

Exploratores.

Sueno Danorum Rex, Angliæ regis Eldredo pulso, ad An-  
 gelorum consilia antevertenda, domesticam Danicos explora-  
 tores constituit, qui cuncta gesta didicisse sibi emuncerent.  
 Dicitur esse explorator, Dominus Danus, vulgo Lordain.  
 Quod nomen & Scotti, & Angli dinceps ita usurpaverunt, ut  
 quem viderint otiosum, ac inilem nubulum, oio deditum,  
 alienis laboribus quantantem victum, omnique demum asper-  
 sum infamia, Lordain vel hac ætate appellent. *H. Boetius lib. 11.*

PIGNORE.

Conjugii.

Alfonso Aragonius, Ichia subacta, insularis omnibus  
 propter expeditionem pepercit, & ut in officio ejus retineret,  
 coloniam Catalanorum co-duxit, qui connubia cum insularis  
 contraheret, eosque Hispanis paulatim conciliarent. *Panor-  
 mitanus, & Dominicus lib. 1. Par. hist.*

Obsidium.

P. Valerius Epidauri timens oppidanorum perfidiam, quia  
 D parum prædidi habebat, gymnicos ludos proci ab urbe ap-  
 paravit. Quo cum omnis lætè multum spectandi causa exis-  
 teret, clausit portas, nec in eas ante admisit Epidaurios, quam  
 obsides principibus acciperet. *Frontinus lib. 2. c. 11.*  
 Q. Sertorius ex patribus sibi gentibus nobilissimis Oream  
 amplam urbem contraxit, iisque doctores præfecit, literarum  
 Græcarum, & Latinarum. Ita illos reverè obsides habebat,  
 verbo erudiebat: ostendens, ubi crevit, ut præmiaque  
 eos donaturum fore, atque ad honores provecutum. Quorum  
 genitores delectabantur, quod filios conspicerent prætextatos,  
 decore ad ludum literarum commentes, petentem pro his sa-  
 larium Sertorius, crebrò summent specimen, præmiaque  
 meritis tribueret: & auricas bullas donante. *Plut. in Sertorio.*  
 Augustus Cæsar, à quibusdam captivorum hostium novum  
 genus obsidum feminas exigere tentavit: quod negligi-  
 L. B. Theatr. vita. E. I. hom. V.

marium pignora sentiebat: tamen potestatem semper omni-  
 bus fecit, quos vellent, obsides recipiendi. *Suetonius.*

Severus recepto impetio, ubi primum Romam ingressus  
 est, pro magno habuit negotio omnium, qui exercitibus præ-  
 essent, liberos in suam potestatem redigere, redactos custodi-  
 re, ut illorum causa animos haberet parentum ad obsequium  
 magis obnoxios. Contra ipse Imperator salutatus, primum  
 omnium dedit operam, ut filii occultè ex urbe subtraherentur,  
 ne in eos Julianus laviret. Nullam Commodus princeps  
 dimisit, cum imperio in provinciam, cujus liberos obsidum  
 loco non Romæ penes se habuerit. Marcus Tullius paren-  
 tum delicta idcirco more majorum expiata filiorum supplicio  
 credidit, ut illorum charitate cives omni scelere atcerentur.  
*Sabel. lib. 5. Ennead. 7.*

Mutui, Crediti.

Eumenes contra Antigonum bellum gerens, ut à satrapis,  
 & ducibus tanquam obsides caperet, ne ipsum derelinquerent,  
 prætextit pecuniæ penuriam, & cohortatus est unumquem-  
 que, ut pro viribus mutuo darent regibus. Cum accepisset qua-  
 dringenta talenta à ducibus, à quibus expedire videbatur, eos,  
 quos prius habebat suspectos infidiarum, aut captivitates, ha-  
 buit fidelissimos custodes, & pugnae socios. Itaque cum Ar-  
 grypsidum cum præfecti è medio tollere vellent, invidia ejus  
 gloriæ commoti: Eudamus elephantis præpositus, & Phadi-  
 mus, ne fraudarentur credito argento, insidias ei detexerunt.  
*Diod. l. 19. & Plut. in ejus vita.*

Stipendiorum.

Iphicrates maximis copiis imperabat, tum terrestribus, tum  
 navalibus. In stipendiorum distributione, singulis mensibus  
 quartam partem subtrahens, quasi arrahabonem unice justus  
 que retinebat, ne exercitum desererent. Ita & multos semper  
 habuit milites, & divites: quippe qui mercedis quartam par-  
 tem in subsidio habebant. *Polyæn. lib. 3.*  
 Romani, ut militi fides augetetur, iis, quos alea, vel aliud  
 malum profusiores faciebat, frenum poneret, omnium  
 congiariorum dimidiam partem ponere apud signa militem  
 cogebant: ubi decem saccis, pro numero cohortium, quibus  
 legio constabat, sanctè in majores militum ipsorum usus cus-  
 todiebantur. *Fulg. lib. 2. c. 1.*

OCCASIONE, ABLATIONE,

SUBTRACTIONE, EO CONSILIO

Disciplina mutatur.

Philopoments Acheorum prætor, victor de Spartanis Ly-  
 curgi institutionem solvit, & pervertit, compulsi que pueros,  
 & adultos, quasi ex Lycurgi legibus nunquam moderatos spi-  
 ritus gesturati essent, patriam cum Achaica commutatè disci-  
 plina. *Plut. in Philopomente.*

Mania deliciuntur.

M. Portius Cato devictas à se Hispania civitates exstimabat  
 in tempore rebellaturæ fiducia murorum. Scripsit itaque sin-  
 gulis, ut diruerent munimenta: minatus bellum, nisi consentim  
 obtemperassent epistolæque universis civitatibus eodem die  
 reddi iussit. Unaqueque urbium sibi soli credidit imperatorem.  
 Contumaces conspiratio potuit facere, si omnibus idem denun-  
 tiari notum fuisset. *Front. lib. 1. c. 1. & Polyænus lib. 8. & Plut. de Viris illustribus.*

Arma adiuntur.

Palæstini victis Israelitis, interdixerant, ne ullus faber  
 ferarius apud eos habitaret, ut hac ratione armis eos penitus  
 exuerent. Vomeres quinque, ligones, secures è Palæstino-  
 rum civitatibus petere cogebantur: illi ut maxime obstula es-  
 sent hæc instrumenta, omnia curabant. Itaque cum Saul Rex  
 contra palæstinos exercitum duceret, nullus in totis castris H  
 fuit, qui gladium, aut lanceam haberet, Rege ejusque filio Jo-  
 nathan exceptis, & nihilominus tamen maximis cladibus à Saul  
 sunt affecti. *1. Reg. 13.*

Magas, à Cyrena expeditionem faciens, reliquit socios, qui  
 urbem tuerentur: instrumenta verò, tela, ac machinas in arcem  
 includit, & memorum propugnacula sustulit: ut si quid nova-  
 rum rerum molirentur, apertum haberet for: innoxia introi-  
 tum. *Polyænus lib. 2.*

Theodorius, Ostrogothorum Rex, Italia potitus, edicto  
 vetuit, ne quis Romanus, aut Italus ortu militaret, vel arma  
 domi haberet: Saxonibus (ut ipse appellat) ex Ostrogotha  
 gente, per Urbem, & regiones Italia constituit, qui præfe-  
 ctorum centurionumque vice fugientes, gentes suos in pace  
 & otio, à civium, & provincialium injuria prohiberent, educe-  
 rentque

renque in tutras, & phalanges, cum belli, aut tumultum ra- A tio postulare. *Crantzii lib. 3. Saxonie, cap. 13.*

Regiones, Urbes occupantur.

Cn. Pompejus, cum suspectos haberet Catenenses, & vere- retur, ne praesidium non reciperent: petiit ab eis, ut agros interim apud se refici paterentur: fortissimis deinde habitu languentibus missis, civitatem occupavit, continuitque. *Front. lib. 2. cap. 11.*

C. Jul. Caesar, qui suspectam habebat Aegyptiorum fidem, per speciem securitatis, inspectione urbis, atque operum, ac si- mul licentioribus conviviis deditus, videri voluit captum sese gratia locorum, & ad mores Alexandrinos vitamque deficere: atque inter eam dissimulationem praeparatis subsidis, occu- pavit Aegyptum. *Front. in lib. 1. c. 1.*

Fridericus II. Imperator, ex Hetruria in Apuliam disces- surus, cum Samnitiensem populum ad rebellionem spectare arbitraretur: misit ad eos, qui nunciarent, se captivos, quos ha- bebat, atque thesaurum suum Samnitiatum mittere velle, & propterea hortari, ut fideliter ea usque ad ejus reditum custo- dire vellent. Populus eo imperato commodo laetus, misit, qui renunciarent ex fide Samnitienses ea observaturos. Frideri- cus igitur armis pro pecunia onustus aliquot jumentis, item catenis, injectis quibusdam ex militum suorum numero fortri- bus viris, atque ante eos missis nonnullis captivis, inter quos fuit Petrus Vineae (cui ille postea oculos effudit) Samnita- tensis populus arbitratus veros esse captivos, quia vincula in- spexerat, cum facinus omnes in oppidum accepit. Illi autem postea arrepti armis, statim occupato oppido, Friderico dele- ctionis suspicionem, quam metuebat, ademerunt. *Fulg. lib. 7. cap. 4.*

Abitus intercluditur.

Agepolis Mantineam oppugnabat cum sociis. Illi bene erga Mantinenes affecti, tamen Lacedaemonios Graeciae im- perium tenentes sequebantur ad bellum: clam vero Mantine- nsibus ea mittebant, quibus opus haberent. Agepolis cum didicisset, quae fierent, multos canes circum castra dimisit, plu- res autem ea parte, quae spectabat ad urbem, ne quis transiret metu canum. *Polyaen. lib. 2.*

Conon, relictus a sociis, transfugam misit, qui diceret ho- stibus, eos fugam parare. Item ex quo loco, & quo tempore. Illi eos ex insidiis observabant. Tum Conon sociis permisit, ut securi discederent. Ergo cum sentirent insidias, redierunt. *Tolyaen. lib. 1.*

Ptolemaeus in Aegypto contra Antigonum Magnum castra habens, misit quosdam cum mandatis, ut clamarent, datu- rum se, si ab Antigono deficere vellent, in singulos gregarios milites binas minas, & in singulos praefectos singula talenta. Cum multi ad eum defluerent, Antigonus in ripa numinis sagittarios, funditores & multa missilium tormenta dispo- suit, & in contrariis navibus adnavigantes repulit, ac quos- dam ex transfugis comprehensos, diris supplicis affecit, ut eorum exemplo reliquos ab eodem insinuito deterreret. *Dio- dorus lib. 20.*

Suspecti alio mittuntur.

Perse, cum circa Mycalem Samios, & Milesios suspectos haberent, jusserunt eos montes, & juga Mycalem occupare: verbo quidem, quod regionis peritiam haberent: re autem ne sua praesentia reliquos etiam Graecos corrumpere. *Polyaenus lib. 1.*

Ex Patavio a Venetis recepto civis permulti, quorum fides, atque animus suspectus erat, Venetis quasi Maximiliano Imp. Rom. faverent, Venetias nominatim evocati sunt, jussique inde quoad de bello decerneretur, non recedere. *Bembus 1. g. Hist. Ven.*

Colloquia praebentur.

Maximiliano I. Rom. Imper. legato Luca Reginaldo Vene- tia misso, focii sunt, atque eunt dote dati, ne quis eum allo- qui posset, cui Patres id non permisissent. *Bembus lib. 7. Hist. Ven.*

Signa auferuntur.

Obfessa a Martino Rossemio Antuerpia, Consules feve- ro edicto eaverunt, ne quisquam e custodia, stationisque lo- co, vel infortuito incendiis discernere, ut mos erat, ad res- tingendum ignem discurreret: ut ne horae quidem nocturnis diurnisque officis spacia populo nunciarent, ullo in loco pulsarentur, edictoque sublatos esset in sacris turribus cam- panarum sonitus, ne comparatis ad patrandum facinus signum daretur. *Sab. Supplem. lib. 25.*

PRODITIONEM, ET DEFECTIONEM COGNOSCERE, ET DEPREHENDERE.

Iphicrates in Chio explorare volens, qui Laconum parti- bus faverent, mandavit quibusdam tritacris, ut solentes per noctem, interdum cum Laconico cultu, habituque appelle- rent. Eos advenientes conspicati, qui Lacedaemoniorum partes tuebantur, magna cum latitia in portum accurrebant. Quos ille circumdatos iis, quos ex urbe eduxerat, compre- hendit, & puniendos Atheniensibus misit. *Polyaen. lib. 3.*

Lysander Thasios cepit, apud quos erant multi, qui Athe- nienfium partes secuti fuerant. Li se ab Lacone occultabant: qui convocatis Thasii in templum Herculis, humanissimam orationem habuit: oportere veniam dare his, qui latere in commutatione rerum, & eos bonum animum gerere iussit: quippe cum eam orationem in templo haberet, idque in civi- tate Herculis avi. Ergo fidem habentes orationis benignitati, prodierunt. Lysander paucis post diebus eos interfecit iussit. *Polyaenus lib. 1.*

Alexander in Hyrcania, cum audisset malos de se dicitur sermones a Macedonibus & Graecis, convocatis amicis, dixit rem postulare, ut domum mitteret, qui nunciarent, eum re- versurum intra triennium. Idem etiam amicos suos familia- ribus per literas scribere iussit, ut omnes ad unum conscipe- runt. Cum vero tabellarii tres statim abessent, revocatis iis, literas rescripsit: & quam sententiam, & opinionem habere singulis, cognovit. *Polyaen. lib. 4.*

Datames in Cilicia contra Andophtadatem ducem Atro- xeris fortissimè, & felicissimè pugnavit. Res per insidias eum interficere studuit, quas ille praesensque vitavit. Cum num- ciatum esset, quodam sibi insidiari, qui in amicum eam numero: de quibus quod inimici deculerant, neque creden- dum, neque negligendum putavit, experti voluit, verum, saluum sibi esse relatum. Itaque eo profectus est, in quo itinere futurus insidias evenire dixerat. Sed elegit cor- pore, & statura simillimum sibi, eique vestitum suum dedit, atque eo loco ire, quo ipse consueverat, iussit. Ipse autem ornatus vestitu militari, inter corporis custodes iter fa- cere cepit. At insidiarios, postquam in eum locum agniti per- venerunt, decepti ordine, atque vestitu, in eum licentius im- petum qui suppositus erat. Praedixit autem his Datames, cum quibus iter faciebant, ut parati essent facere: quod ipsum viderent. Ipse ut concurrentes insidiarios amoveret, tela in eos conjecit. Hoc idem cum universi fecissent, prius quam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, consilii ce- derunt. *Probus in Datame, & Polyenus lib. 7.*

Dionysius per mare civitatem aggressus, ut fidem trierarchorum perciperet, neque quisquam sciret, quò naviga- turus esset: libellum nullis literis scriptum, obignatum tamen cuilibet trierarcho dedit: mandans, ut postquam deductis navibus signum tolleretur, libellos solverent, ill- que lectis, eo cursum tenerent, quo scripta juberent. Qui cum solverent, ille, priusquam signum datum esset, expedi- tam navem conscendit: & circumnavigans, a singulis trier- archis libellum recepit. Quos quidem deprehendentes res- gnasse sigillum, quasi proditores ad mortis supplicium trahi iussit. Reliquos libellos dedit, in quibus revera scri- ptum erat, quam ad civitatem navigaturus esset. Eaque res ad hunc modum arcana habita, effecit, ut Amphipoli- um nihil tale speraret, & praesidii desinitum caperet. *Polyaen. lib. 5.*

Glos in Cypro bellum gerebat: cumque Graeci, quos apud se habebat, iis, qui in Jonia verfabantur, literas contra ipsum mitterent: ut nocentes deprehenderet, triremem adduxit, remigibusque viaticum praebuit, atque in Jonia navigare iussit. Cum gubernator navigationem data opera protraheret, multas epistolas remigibus dederunt. Qui solvientes, non procul supra urbem appulerunt. Ille pedes in eum locum profectus, ubi triremis stabat, praecipit remigibus, ut omnes sibi episto- las adferrent. In quibus cum invenisset eos, qui contra se scriperant: non subito, sed quaestionibus examinatos inter- fecit. *Polyaen. lib. 7.*

Lycii a M. Bruto trans Xanthum amnem urbe exclusi, cum subter aquam natando urbem repererent, occultis rebus cum tininabulis hinc inde dispositis, per flumen proditi sunt, & capti. *Sabell. lib. 6. cap. 6.*

C. Marius Col. bello Cimbrico, & Teutonico, ad execu- tiendam Gallorum, & Ligurum fidem, literas eis misit. Quarum pars prior praecipiebat, ne interiores, quae praesignata erant ante

ante tempus certum aperirentur. Easdem postea ante praesi- dium diem repetit: & quia resignatas repererat, intellexit hostilia agitari. *Front. lib. 1. c. 2.*

Robertus I. Scaotorum Rex, firmato regno, indidit Per- thum procerum conventum, mandavit, ut eundis instrumenta possessionis iustae praediorum suorum secum adferrent, quae cum multi non haberent, arma secum sua tulere. Itaque post- caere Rege, ut instrumenta ostenderent, arma protulere. Rex, dissimulata ira, collaudavit eos, ut viros fortes, qui possessiones suas armis tuerentur: tamen occultam animo fovebat iram. Proinde conspirarunt inter se nonnulli de trahendo re- gno in manus Eduardi II. Anglorum Regis. Ceterum die, ho- raque ab indice ad Regem perlata, imposito in via praesidio, lite- ra ad Eduardum missa interceptiuntur. Rex conjuratos omnes ex literis cognitos ad se vocat, uti de rebus aliis aliquibus actu- rus: prolatis literis rogat eos Rex, num sigillum quisque suum agnosceret? Quae, cum tacidi confiterentur, Perthum sunt du- cti: consilioque illuc confestim vocato (quod exinde Parla- mentum nigrum vernacula lingua vocatum est) primum om- nium Davidem, suum ex forore nepotem, quod a conjuratis sustra licet sollicitatis, conjugationem tamen non detexisset, capulo utrunque affinem, liberari quidem cupiebat, si qui de- precatore intercessisset: ceterum nemine intercedente, capi- talem supplicio affecit. Postero die ceteris conjuratis ad tribu- nal perducis similem de illis sententiam pronuntiavit, ac in- super, ut proditorum more, relegatis ad equorum caudas pedi- bus, ad supplicium traherentur locum. Tum conjuratorum ami- ci supplices ad Regem accurrere sperantque deprecari. Ven- tum Rex omnium avertens preces: Praetereptum, inquit, indulgentiae, ac veniae hesternae die tempus est, cum innoxium genus haec Davidem meum ad mortem omnes a quo animo duci conueciant. *H. Boet. lib. 14.*

Hispani milites ex Maximiliano Imp. exercitu, qui Verona erat, cum viderent Venetos urbem obsessuros, ut quid quaer- que domus, atque familia voluntatis in temp. haberet, si pos- sent, silendo cognoscere: non inde interempta per oppidum, quae magno memorum sonitu incitati ecurrerunt, nomenque Marcum, quod esse insigne reip. saepe incursum conclamave- runt. Quo exaudito, & perierit illos esse Venetos credenti- bus, qui le in oppidum intulissent, eadem nominis acclama- tione esse responsum datum, salutatioque veluti mutua facta. Illae domos, unde vocis veniebant, atramento signaverunt, posteroque die repetitis notis omnes ad unam diripuerunt. Quibus rebus consequi sunt, ut & reliquis amicis reip. timor inliceretur, ne quid ultra facere aut dicere auderent, & ipsi C prada illa pro stipendio, quod non perolverebatur, ad se sustin- dendos venterent. *Bembus lib. 10. Hist. Ven.*

DEFECTIONEM, ET PRODITIONEM, JAM COEPTAM CORRIGERE.

Nempe Defectores, & Proditores.

HOSTIBUS REDDERE

Suspectos.

Andronicus Lapardas Adrianopolitanus, legationem contra Hungariae Regem Belam Dux, ab Andronico Commeno tyranno defecit. Andronicus cum sciret, quantum ille vir au- ditoritate posset, callido consilio epistolas dedit ad primarios Orientalium provinciarum praefides, quas averterat, La- pardam a se in Asiam missum esse: qui quicquid acturus esset, certis de causis aliter, quam plerique suspicarentur, pro sta- bilingu ipsius imperio acturus esset. Quae eo pertinebant, ut vili impetum reprimere, suspicantis subesse dolum, quod Lapardas se pro Andronico adversario gerens, manum lace- deret: Andronicus vero defectoris fidem praedixit, atque ut a se missum futeji juberet. Nec multo post Lapardas trajectu- rus Adramyti a quodam Cephalo viro potenti captus, Com- meno traditur: a quo oculis effossis in Pantepopi monaste- rium conjectus est. *Nicetas lib. 1.*

Iphicrates, cum duo mercenarii ad Lacedaemonios trans- gissent, clandestinas literas ad duces eorum, qui defecerant, misit: admonens, ut constituti temporis meminissent, quo etiam ea Athenis auxilium expectaret: sciens epistolam ad eu- stodes viarum perventuram. Postquam autem viarum custo- des literas attulerunt Lacedaemonis, illi comprehendendos transfugas existimaverunt. Quibus nihil optatus fuit, quam ut effugerent, cum Atheniensibus peritiam exissent, La- cedaemonios tantummodo viderent. *Polyaen. lib. 3.*

L. B. Theatr. vit. e. bum. Thom. V.

Inimicos.

Postquam Pelopidas tyrannidem, & praesidio Spartano- rum Thebas liberavit, magnis copiis Boeotiam Lacedaemonii invaserunt. Trepidantes Athenienses renunciarunt The- banis societatem: eosque, qui cum Boeotis faciebant, iudicis affixerunt, partimque morte affecerunt, partim egerunt in exilium, nonnullos pecunia multaverunt. De Thebanis undi- que delibutus actum videbatur. Erat id temporis Pelopidas cum Gorgidas Boeotarches. Hi machinantes committere de- nuo Athenienses cum Lacedaemonis, struunt rem hujusce- modi. Sphodrias Spartanus magnis quidem rebus bello gelis clarus, & celebris, sed vanior, & spe inani, frustra inlatus ambitione, cum exercitu relicto ad Thebias fugit, ut per fugas Thebanorum reciperet, adjuvaretque. Ad hunc Pelopidas privatim mercatorem quendam, quo familiariter utebatur, cui nummis ablegat clam, & cum verbis, quae efficacius illum, quam pecunia impulerunt: Praestare majora aggredi, & capere ex improvviso securis Atheniensibus Piraeum, nihil enim peri- de Lacedaemonis expectatum fore, quam tenere Athenas: ne- que Thebanos iis inestis, qui eos proditorum loco habeant, laruros opem. Inductus Sphodrias nocte signa movit in Atti- cam, atque Eleusina usque progressus est. Inde ignavia mili- tum re infecta, cum detectum consilium esset, & bellum con- scivisset Lacedaemonis non mediocre, nec leve, agmen The- bias reduxit. Hinc sociaverunt Thebanis arma Athenienses promptissime: mareque afluenter, ac circumvecti Graeciam, receperunt, & allexerunt eos, qui spectabant, ad defectionem. *Plutarchus in Pelopida.*

Inutiles, Damnosos, Noxios.

Ventidius Parthico bello adversus Pacorum Regem, non ignarus Pharnicum quendam natione Cyrrhellen, ex his, qui focii videbantur, omnia, quae apud ipsos agebantur, nunciare Parthis: perfidiam barbari ad utilitates suas converterit. Nam quae maxime fieri cupiebat, ea vererit, ne acciderent: quae timebat, ea ut eveniret, optare se simulabat. Sollicitus itaque, ne Parthi ante transiret Euphratem, quam sibi superveniret legiones, quas in Cappadocia trans Taurum habebat: studio- se cum proditore egit, uti solemini perfidia Parthis suaderet, & per Zeugma traicerent exercitum: qua & brevissimum iter est, & omisso alveo Euphrates decurrit. Namque si illae ven- irent, averterat se oportunitate collum usurum, ad eluden- dos sagittarios, omnia autem veteri, si se in patentes campos projectissent. Inducti hac affirmatione Barbari, inferiore iti- nere per circuitum adduxerunt exercitum: dumque fastores ripas, & ob hoc operosiores pontes jungunt, instrumentaque moliantur, quadraginta amplius dies impenderunt: quo spa- cio Ventidius ad contrahendas usus est. copias, eisque triduo ante, quam Parthus adveniret, recepit, acie commissa, vicit Parthos, & interfecit. *Front. lib. 1. c. 1.*

NOBIS REDDERE

AMICOS. RECONCILIARE, Videlicet.

Dissimulatione perfidia.

Castrametantibus Graecis ad Plataas contra Mardonium, Athenienses quidam ex illustribus familiis, quorum opes bella averterant, Platais coniverunt, & de evertenda populi aucto- ritate, aut certe de summa rerum Barbaris prodenda conjura- runt. Aristides Atheniensium dux proditorem odoratus, & articulum veritus, statuit neque negligere rem, neque totam excutere, incertus ad quam multos ea quaestio perimere pos- set: maluitque iustitiam, quam utilitati publice imponere mo- dum: legitur ex multis corripit octo tantum. Quorum duo, quibus iudicium fuit primis dictatum, quique maxime fontes H- erant, Alcibiades Lamprodis, & Agelias Acharnensis ex ca- stris profugeret. Ceteros dimisit, animum recipiendi, & peni- tentiae locum dans iis, qui de se nondum conceptum arbitra- bantur: admonensque magnum ipsis propositum forum esse bellum, quo si recte, atque iuste consulere patriae, diluere crimina valeret. *Plut. in Aristide.*

Eo praesio, quo Poloni Cruciferos ad Gronwaldam magna affecerunt elade, Boemi, & Moravi mercenarii Polonorum cu uno vexillo, cuius signifer fuit Joannes Zamovius Boemus, sive metu, sive auro Cruciferos corrupti, sub initium pug- nae fecerunt. Conspicatus autem eos in sylva Nicolaus Tramba Procancellarius, cum ex acie iussu Regis in castra, cu caetera imbelli turba reverteretur, accurrat ad eos, & graviter objurgatos, in aciem redire copulit. Reverfi in aciem, speciem